



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

Dom. 20. post Pent. De reguli filio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

PUNCTUM III.

1. **T**unc ait paralytico, Surge, & tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Considera per paralyticum intelligi spiritualiter peccatorem, operibus meritoriis destitutum, vel otio turpi in sua vocatione marcentem. Is primo Deo confidens à vitiis vel imperfectionibus antiquis debet surgere, per bonum propositum vitæ emendandæ. 2. Tollere lectum, id est, corpus suum cogere servire justitiæ, quod prius servivit iniquitati, castigarèque illud jejuniis, disciplinis, &c. 3. Vadere in domum suam, id est, bonorum operum exercitio de virtute in virtutem proficere, donec perveniat ad domum, id est, ad patriam cœlestem.

1. Quomodo peccator sanatur.  
1.  
2.  
3.

DOM. XX. POST PENT.

De Reguli filio. Ioan. 4.

PUNCTUM PRIMUM.

1. **R**egulus rogat Iesum ut descendat, sanetque filium suum incipientem mori. Considera vanitatem omnium quæ in mundo sunt, quid enim nobilitas, & opes profuere Regulo, ut à morte liberaret filium. 2. Dei sapientiam tam variis, mirisque modis homines pertrahentem ad salutem: occasione enim hujus lethalis morbi factum est ut & Regulus quæreret Christum: & tota ejus familia converteretur. Ut merito morbi & aliæ calamitates inter dona Dei sape

1. Nobilitas opesque inutiles.  
2. Morbi, &c. dona sunt Dei.

Gg 2 sint

è si-  
n: si  
aliis  
elu-  
is his  
tio-  
celle  
nec  
ergo  
opes,  
ran-  
m est Luc. 6:  
quæ- 33.  
um,  
hri-  
t, &c

xin- Quam  
larus potens &  
mit: Christo:  
meu  
vefa  
i co-  
O  
plo- Iac. 5: 11  
e pr-  
arri-  
ancti  
ides,  
ca-



466 *Supplementum Meditationum*,  
sint reponenda, & optanda potius, quàm hor-  
renda.

## PUNCTUM II.

1.  
Incre-  
patio sa-  
lutaris.

1. **D***ixit Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non credetis.* Considera Chri-  
stum duriusculè alloqui Regulum: tum, quòd  
fides ejus esset imperfecta: credebat enim ab eo  
quidem filium sanari posse, sed præsentè, & ideo  
secundò petiit ut descenderet: tum quia divites  
qui in hoc mundo suas habent consolationes,  
sæpissimè non nisi increpationibus excita-  
ri queant ad curandam salutem. 2. Expende,  
num aliquid tuæ quoque fidei desit: si enim ve-  
rè crederes Dei promissionibus de vita æterna,  
& comminationibus futuri judicij, purgatorij &  
infernij, longè ardentior esses in exercitatione  
pietatis omniumque bonorum operum.

Fides  
imper-  
fecta.

## PUNCTUM III.

Appli-  
catio hi-  
storiæ.

**D***icit ei Iesus, Vade filius tuus vivit. Credens-  
que Regulus sermoni ibat: & postquam ex  
obviis servis cognovit filium revaluisse eadem ho-  
ra, credidit ipse, & domus ejus tota.* Considera,  
te esse illum Regulum: quia regendas habes po-  
tentias animi tui internas & externas, omniá-  
que membra, ut subsint Deo, & rationi. Filius  
tuus est anima tua, quæ dum lapsa est in pecca-  
tum mortale, aut lapsui proxima est, mox cla-  
mare debes ad Dominum, & si firmiter credide-  
ris, quòd solo nutu te juvare queat, non solùm a-  
nima



nima à peccato liberabitur, sed etiam gratiam consequere alios convertendi.

DOM. XXII. POST PENT.

De numismate census. Matth. 22.

PUNCTUM PRIMUM.

**P**harisaorum discipuli cum Herodianis misse  
 ut Christum caperent in sermone, ajunt: Ma-  
 gister scimus quia verax es & viam Dei in veri-  
 tate doces, nec respicis personam hominum. Consi-  
 dera: quòd sit ingenium improborum homi-  
 num, nempe alios malos sibi adsciscere. 2.  
 Quod per se nequeunt, id per alios moliri. 3.  
 Consilia inire contra bonos 4. Fictè agere. 5.  
 Adulari & laudare. 2. Contra nota, piorum &  
 Christi imitatorum esse, ut sint Magistri, id est, Facta  
 auctores bonorum operum aliis verbo & exem-  
 plo, deinde veraces, non ficti, qui scilicet pro-  
 missa præstent. 3. Viam Dei docentes in verita-  
 te, non tractando nugas, sed pia colloquia u-  
 surpando, solidas virtutes proponendo & exer-  
 cendo. 4. Neminem timentes, nisi solum De-  
 um, ac omnibus liberè veritatem prædicantes,  
 laudando bonos, increpando malos.

PUNCTUM II.

**P**etentibus an census dandus Cesari, respondit  
 Iesus. Quid me tentatis hypocrita? Ostendite  
 mihi numisma census. Et obtulerunt denarium si-

Gg 3

gnatum

fi-  
 : si  
 liis  
 lu-  
 his  
 io-  
 Me  
 nec  
 go  
 es;  
 an-  
 est Luc. 6:  
 a- 33.  
 m;  
 ri-  
 &

in- Quam  
 us potens &  
 it: Christo:  
 en  
 fa  
 o-  
 O  
 lo- Iac. 5: 11  
 n-  
 n-  
 sti  
 es;  
 e-